UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XXXVI. Der Abt des Klosters Chorin bescheinigt dem Rath zu Königsberg den Empfang eines seinem Kloster von einem verstorbenen Pfarrer zu Herzsprung hinterlassenen Vermächtnisses, am 23. Januar 1334.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

XXXV. Cuno von Fiddichow belehnt die Söhne des Nicolaus Kulebars mit den Besitzungen in Bernekow, am 28. Juni 1333.

In nomine domini amen — nouerint — nos Cunonem dictum de vydechow, famulum, lucide proteſtari publice recognoſcendo, Quod pro ſex marcis arg. Brand. nobis ob ſpecialem graciam ſiue favorem largitis prouido viro et honeſto nicolao culebars, ciui in koningeſberch, et nicolao culebars, fratri ſuo, filiis nicolai culebars, quondam ciuis in koningeſberch bone memorie, contulimus et preſentibus conferimus manu copulata ſiue in ſolidum in verum pheodum et legale talia bona in villa bernekow iacencia, qualia pater eorum iure hereditario ipſis dereliquit, quemadmodum patri eorum nos et frater noſter henninghus pie recordacionis eadem bona contuleramus. Preterea nicolao culebars ſeniori tutoriam fratris ſui nicolai adhuc indiſcreti annuimus et contulimus bonis in eiſdem. Inſuper recognoſcimus, quando nicolaus culebars iunior adhuc indiſcretus ad annos peruenerit diſcretionis, quod tunc talia bona ipſi vna cum fratre ſuo nicolao ſupradicto manu coniuncta conferamus quolibet munere defalcato. Ceterum profitemur, cum filii noſtrorum fratrum annos attigerint diſcretionis, quod tunc ambobus fratribus, videlicet nicolais culebars prenominatis, eadem bona ipſi debeant conferre in verum pheodum abſque omni munuſculo, vt nos patri eorum ipſa contuleramus etc. — Teſtes huius collationis ſunt: Dydolf de plote, Hynricus et henninghus de Sydow, famuli, Heydek, Hynricus helewici, Tydericus Steuen, Hynricus cuweyde, ciues in koningeſberch, et quam plures alii fidedigni. Datum anno domini M° CCC° XXXIII°, In vigilia petri et pauli apoſtolorum beatorum.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 29.

XXXVI. Der Abt des Klosters Chorin bescheinigt dem Rath zu Königsberg den Empfang eines seinem Kloster von einem verstorbenen Pfarrer zu Herzsprung hinterlassenen Vermächtnisses, am 23. Januar 1334.

Nouerint vniuerſi preſencia viſu vel auditu cognituri, Quod nos frater iohannes de nemyk, abbas fratrum ordinis Ciſtercienſis in Coryn, totuſque conuentus ibidem a prouidis viris et honeſtis conſulibus ciuitatis koningeſberge quinque marcas argenti Brandenburgenſis cum vno ſertone ſuſtulimus ex parte domini Johannis, quondam in hertſprunk plebani bone recordacionis, quas idem dominus iohannes in ſuorum aboleccionem (ſic) delictorum in extremis nobis legauit et aſſignauit, Promittentes eiſdem conſulibus, ſi aliquis impoſterum ipſos pro tali pecunia impecierit ſiue moleſtauerit, quod eos a tali monicione ſiue infeſtacione volumus eximere atque liberos reddere et indempnes, ita quod nullum exinde ſorciantur detrimentum. In cuius rei teſtimonium prefati clauſtri abbatis ſigillum preſentibus eſt appenſum, ſub anno domini M° CCC° XXXIIII, dominica proxima ante conuerſionem beati pauli apoſtoli glorioſi.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 30.